

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ambicio s
cum fonte primo

Ambiciosus semper est pavidus,
semper attentus ne dicat quod

displiceat.

Humilitatem simulat, honestatem metitur,
affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit,
subsequitur et obsequitur, cunctos honorat,
uniuersis inclinatur, frequentat curias, uisit
optimates, assurgit et amplexatur, applaudit
et adulatur. Bene nouit illud poeticum:
Et si nullus erit puluis, excute nullum.

Innocencius de uilitate condicionis humane.

Ambiciosus autem semper est pavidus,
semper attentus, ne quid dicat vel faciat quod
in oculis hominum valeat

displicere.

Humilitatem simulat, honestatem mentitur,
affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit,
subsequitur et obsequitur, cunctos honorat,
uniuersis inclinatur, frequentat curias, uisit
optimates, assurgit et amplexatur, applaudit
et adulatur. Bene nouit illud poeticum:

“Et si nullus erit puluis, tamen excute nullum”
(Ouid, *Ars amatoria*, 1, 151).

Innocentius III, *De miseria condicionis humane*,
2.26 (R.E. Lewis ed., p.177, ll.4-12).